



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 51. Concilium Constantinopolitanum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV.

A. C. 394.

*Theod. V. c.*  
23.

Dum hac ultima vice Theodosius in Italia commoratur, Occidentales novum conatum adversus Flavianum Antiochenum adhibuerunt, quærentes, quod hujus Episcopi Tyrannidem Imperator non comprimeret. Respondit Theodosius: *edicite! de quo Tyrannidis genere Flavianum accusetis? ego Flavianus ero, ego causam ejus agere in me suscipio!* & ipsis dicentibus, se contra Imperatorem judicio contendere non posse, hortatus est, ut impostero ad reconciliandas Ecclesias, & extinguendas inutiles contentiones animum adjicerent. His Theodosii monitis Occidentales cessere, nec eos exinde contra Flavianum ad Imperatorem querelas detulisse scimus. Certe Oriens, Asia, Pontus, Thracia, & Illyricum Flaviano favebant.

§. LI.

*Concilium Constantinopolitanum.**Soz. VIII.*  
6. 17.

Eodem anno Flavianus Concilio Constantinopolitano interfuit, cujus occasio hæc fuit: Ruffini, Prætorio Præfecti, qui tunc Orienti præerat, jussu Palatii, & magna Ecclesia ædificata, in oppido prope Calcedonem, quod quercus dicebatur, & deinde ab ipsius nomine Ruffinianum dictum; Ecclesia Græce *Apostoleion* appellata, eo quod in honorem SS. Petri, & Pauli esset erecta. In hanc

hanc Ecclesiam Ruffinus Monachos indu-<sup>Sæculum IV.</sup>  
xit, qui Clericorum officiis fungerentur, <sup>A. C. 394.</sup>  
atque ut majori pompa dedicaretur, mul-<sup>Herad. Pa-</sup>  
tos e diversis Provinciis Episcopos, & <sup>racl. c. 2.</sup>  
magnum Monachorum numerum convo-<sup>Rosw. p.</sup>  
cavit; nominatim Evagrium ex Ponto <sup>947.</sup>  
accerfivit, quem tanto præ cæteris ho-  
nore colebat, ut e fontibus baptismi,  
quem hujus solemnitatis occasione acce-  
pit, ipsius manu levare voluerit. Itaque  
videmus, in baptismo adultorum, æque  
ac parvulorum Patrinos fuisse adhibi-  
tos.

Hujus Dedicacionis occasione celebra-<sup>To. 2. Conc.</sup>  
tum fuisse creditur Concilium Constan-<sup>p. 1151.</sup>  
tinopolitanum, cujus unam Sessionem ha-  
bemus, datam tertio Calendas Octobr.  
Arcadio tertio, & Honorio secundo Con-  
sulibus, id est, vigesima nona Sept. anno  
394. præter Episcopos novemdecim, quo-  
rum nomina leguntur, dicitur, plures  
alios interfuisse. Omnium primus po-  
nitur Nectarius Constantinopolitanus,  
deinde Theophilus Alexandrinus, Flavia-  
nus Antiochenus, Palladius Cæsariensis in  
Cappadocia, seu potius Helladius S. Basi-  
lii successor, Gelasius Cæsariensis in Pa-  
læstina, Gregorius Nyffenus, Amphilo-  
chus Iconiensis, Paulus Heracleensis, Ara-  
bianus Ancyranus, Ammon Andrinopoli-  
tanus, Phalerius Tarsensis, Lucinus Hie-  
rapolitanus, Elpidius Laodicensis, omnes  
ex

Sæculum IV.  
A. C. 394.  
ex diversis Provinciis in Oriente Metro-  
politani, si S. Gregorium Nyssenum exci-  
pias, qui non erat Metropolitanus, at a-  
te, & eximiis meritis venerabilis; præ-  
terea inter omnes Episcopos Ponti ipse  
solus nominatus fuerat in testimonium,  
ut quisquis cum eo communicare scire-  
tur, Catholicus haberetur; Lex ista  
Theodosii trigesima Julii, anno 381. data  
*Sup. l. IX.* erat. Inter hos Episcopos etiam Theo-  
*S. 27.* dorus Mopsuestenus invenitur, ex quo  
sequitur, eum pro Catholico fuisse habi-  
tum. Id quoque Nota dignum, Nectarium  
Constantinopolitanum in hoc Concilio,  
præsentibus Alexandrino, & Antiocheno  
præsedisse. Locus, in quo hoc Conci-  
lium agebatur, erat Ecclesiæ Constanti-  
nopolitanæ baptisterium, unde vastissi-  
mum fuisse cognoscitur, nam unacum  
Episcopis omnes quoque Clerici intere-  
rant.

In hoc Concilio judicata est causa  
duorum Episcoporum Agapii, & Bagadii,  
qui de Sede Bostrensi, Arabiæ Metropoli  
contendebant. Ambo præsentibus erant,  
& coram aliis Episcopis stabant, tanquam  
partes in judicio litigantes. Per acta  
probatum, Bagadium a duobus tantum  
Episcopis fuisse depositum, & absentem.  
Arabianus, Episcopus Ancyranus, Patres  
rogavit, ut lege universali quæstionem  
deciderent, an duo Episcopi Confratrem  
deponere

deponere possint? & an quisquam ab-  
 sens deponi possit? Theophilus dixit; Sæculum IV,  
A. C. 394.  
 ut futuris temporibus ejusmodi malis  
 præcaveretur, optimum sibi videri, si tri-  
 bus Episcopis unum deponere neutiquam  
 liceat, sed omnes, si fieri possit, Provin-  
 ciales adsint, & accusati præsentia requi-  
 ratur. Eadem sententia Nectarii fuit,  
 quæ canonibus Apostolicis conformis  
 erat; accessit Flaviani, & reliquorum  
 omnium consensus. Itaque decisum, ut  
 trium Episcoporum numerus ad ordina-  
 tionem sufficiens, ad depositionem non  
 sufficiat.

§. LII.

*Epistola Canonica S. Gregorii  
 Nysseni.*

Post hoc Concilium nulla amplius men-  
 tio S. Gregorii Nysseni recurrit, cu-  
 jus memoria in Ecclesia ob viri virtutem,  
 & scripta, atque S. Basilii fratris ejus, in ho-  
 nore est. Ejus festum Ecclesia Græca de-  
 cima Januarii, & Latina nona Martii ce-  
 lebrat. Nihil amplius etiam legitur de Menol.  
 S. Amphilocho, cujus memoria vigesima Martyr.  
 tertia Nov. agitur; de eo S. Gregorius  
 Nazianzenus testatur, quod ægrotos præ-  
 cibus suis, & oblatione Sancti Sacrificii  
 sanaverit. Plura reliquit scripta, quæ an-  
 tiquitati magno in pretio erant, & pau-  
 cissima ad nos pervenerunt. Carm. 51,  
p. 125.

*Hist. Eccl. Tom. IV.*

U u u

In